

01
Te decet laus, te decet hymnus,
tibi gloria, Deo Patri et Filio,
cum Sancto Spiritu in secula seculorum. Amen.

02
Sub tuum praesidium confugimus,
Sancta Dei Genitrix,
nostras deprecationes ne despicias
in necessitatibus nostris,
sed a periculis cunctis
libera nos semper, Virgo benedicta,
libera nos semper, Virgo gloriosa,
Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra,
Tuo Filio nos reconcilia,
Tuo Filio nos recommenda,
Tuo Filio nos repraesenta,
Domina nostra.

03
Beatus Bernardus ab infantia
Spiritum sortitus est bonum.
Per quem erat Puer docilis et amabilis valde.
Beatus Bernardus Spiritum sortitus est bonum.

04
Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum,
benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui Iesus Christus.
Sancta Maria, ora pro nobis peccatoribus
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

05
Gaudeamus omnes in Domino,
diem festum celebrantes
sub honore Mariae Virginis,
de cujus festivitate gaudent Angeli,
et collaudant Filium Dei.

06
Gaudent in coelis animae sanctorum,
qui Christi vestigia sunt secuti,
et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt,
ideo cum Christo regnabunt in aeternum.

07
Salve Regina, Mater misericordiae,
vita, dulcedo et spes nostra, salve.
Ad te clamamus, exules filii Evae,
ad te suspiramus gementes et flentes
in hac lachrymarum valle.
Eja ergo, advocata nostra,
illos tuos misericordes oculos ad nos converte
et Iesum, benedictum fructum ventris tui,
nobis post hoc exilium ostende,
o clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

08
Iste cognovit justitiam,
et vidit mirabilia magna,
et exoravit Altissimum,
et inventus est justus
in numero Sanctorum.

01
Tobě sluší chvála, tobě sluší oslavný zpěv,
tobě sláva, Bohu Otci i Synu
se Svatým Duchem na věky věků. Amen.

02
Pod ochranu tvou se utíkáme,
Svatá Boží Rodičko,
našimi prosbami nezhrdej
v potřebách našich,
ale ode všeho nebezpečení
vysvobod' nás vždycky, Panno požehnaná,
vysvobod' nás vždycky, Panno přeslavná.
Paní naše, Prostřednice naše, Přímluvkyně naše,
se Synem svým nás smiř,
Synu svému nás doporuč,
Synu svému nás představ,
Paní naše.

03
Blažený Bernard od dětství
vyvolil si Ducha dobrého.
Skrze něho se stal chlapcem velmi učenlivým a milým.
Blažený Bernard vyvolil si Ducha dobrého.

04
Zdravas Maria, milosti plná, Pán s tebou,
požehnaná ty mezi ženami
a požehnaný plod života tvého Ježíš Kristus.
Svatá Maria, pros za nás hříšníky
nyní i v hodinu smrti naší. Amen.

05
Radujme se všichni v Pánu,
když slavíme sváteční den
ke cti Panny Marie.
Z její oslavy se radují andělé
a společně chválí Syna Božího.

06
Radují se na nebi duše svatých,
kteří šli ve stopách Kristových,
a že pro lásku k němu prolili svou krev,
proto budou s Kristem vládnout navěky.

07
Zdravas Královno, Matko milosrdenství,
živote, sladkosti a naděje naše, buď zdráva.
K tobě voláme, vyhnaní synové Evy,
k tobě vzdycháme, když lkáme a pláceme
v tomto slzavém údolí.
Nuže tedy, přímluvkyně naše,
obrať k nám ty své slitovné oči
a Ježíše, požehnaný plod života tvého,
nám po tomto vyhnanství ukaž,
ó laskavá, ó dobotivá, ó sladká Panno Maria.

08
On poznal spravedlnost
a uviděl veliké divy
a domodlil se k Nejvyššímu
a byl shledán spravedlivým;
patří mezi svaté.

09

Gaudete in Domino semper,
iterum dico: gaudete.
Modestia vestra nota sit hominibus,
Dominus enim prope est.

10

Et ecce terraemotus magnus factus est,
dum Triumphator Dominus,
dum Dominator Dominus
resurrexit sicut dixit. Alleluja.

11

Confundantur superbi,
quia injuste iniquitatem fecerunt.
Ego autem in mandatis tuis exercebor,
ut non confundar in aeternum.

12

Alleluja, confitebor tibi, Domine Rex,
et collaudabo te, Deum Salvatorem meum, alleluia.
Confitebor nomini sancto tuo,
quoniam adjutor et protector factus es mihi, alleluia.
Confitebor tibi, Domine,
quia liberasti corpus meum a perditione, alleluia.
Confitebor tibi, Domine Rex.

13

In omnem terram exivit sonus eorum.
Et in fines orbis terrae verba eorum.

14

Nobilissime Iesu, quam pulcher es,
quam amabilis, quam dulcis,
quam suavis es tu,
quam preciosus, quam bonus es tu,
o dulcissime Iesu.
Qui te degustant, adhuc esuriunt,
et qui te bibunt, adhuc sitiunt.
Ah, quam dulcis es tu,
suavissime Iesu.

15

Veni, Sponsa Christi, accipe coronam,
quam tibi Dominus praeparavit in aeternum.

16

Domine, peccavi in coelum, et coram te,
miserere mei et exaudi me,
quoniam summe bonus es,
et multum misericors.
Miserere mei et exaudi me
Domine Deus meus.

17

Perpetuis nos, Domine,
Sancti Ioannis Baptistae
tuere praesidiis,
et quanto fragiliores sumus,
tanto magis necessariis attolle suffragiis.

18

O salutaris hostia,
quae coeli pandis ostium,
bella premunt hostilia,
da robur, fer auxilium.

09

Radujte se stále v Pánu,
znovu říkám: radujte se.
Ať je vaše skromnost známa lidem,
Pán je totiž blízko.

10

A hle, nastalo veliké zemětřesení,
když vítězný Pán,
když Vladař Pán
vstal z mrtvých, jak řekl. Aleluja.

11

Ať dojdou zahanbení pyšní,
neboť proti právu páchali nepravost.
Já však se dám cvičit ve tvých příkázáních,
abych nebyl zahanben navěky.

12

Aleluja, budu tě velebit, Pane, Králi,
a zároveň tě budu chválit jako Boha, svého Spasitele,
aleluja. Velebím tvé svaté jméno,
neboť ses stal mým podporovatelem a ochráncem,
aleluja. Budu tě velebit, Pane,
neboť jsi vysvobodil mé tělo ze záhuby, aleluja.
Budu tě velebit, Pane, Králi.

13

Do celé země vycházel jejich hlas
a do končin světa jejich slova.

14

Nanejvýš vznešený Ježíši, jak jsi krásný,
jak milý, jak sladký,
jak jsi vlídný,
jak drahý, jak dobrý jsi,
ó nejsladší Ježíši.
Ti, kdo tě okusí, hladovějí dál,
a kdo tě pije, žízní dál.
Ach, jak jsi sladký,
nejvlídnější Ježíši.

15

Pojď, nevěsto Kristova, přijmi korunu,
kterou ti Pán připravil navěky.

16

Pane, zhřešil jsem do nebe a před tebou,
slituj se nade mnou a vyslyš mě,
neboť ty jsi svrchovaně dobrý
a velice slitovný.
Slituj se nade mnou a vyslyš mě,
Pane Bože můj.

17

Ustavičnou ochranou
svatého Jana Křtitele
nás, pane, střež,
a oč jsme křehcí,
tím víc nám přispívej nezbytnou podporou.

18

Ó spásná hostie,
jež otvíráš dveře do nebe,
sužují nás nepřátelské boje,
dej sílu, přines pomoc.

Uni trinoque Domino,
sit sempiterna gloria,
qui vitam sine termino
nobis donet in patria. Amen.

19
Benedic anima mea Domino,
et omnia, quae intra me sunt, nomini sancto ejus.
Amen.

20
O crux ave, spes unica,
o redemptorum gloria,
auge piis justitiam,
reisque dona veniam.

21
Pater noster, qui es in coelis,
sanctificetur nomen tuum,
adveniat regnum tuum,
fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris,
et ne nos inducas in tentationem,
sed libera nos a malo. Amen.

22
Qui gloriatur, in Domino gloriatur.
Non enim ille probatus est,
qui se ipsum commendat,
sed quem Deus commendat. Alleluja.

23
Cum orasset Cornelius,
nondum in Christo renatus,
apparuit ei Angelus dicens:
Corneli, mitte et accersi Simonem,
qui cognominatur Petrus;
hic dicet tibi,
quid te oporteat facere.

24
Beata Dei Genitrix, Maria, Virgo perpetua,
Templum Domini, Sacrarium Spiritus sancti,
sola sine exemplo placuisti
Domino nostro Iesu Christo.
Ora pro populo, interveni pro Clero,
intercede pro devoto foemineo sexu.
Sentiant omnes tuum iuvamen,
quicunque celebrant
tuam sanctam commemorationem. Alleluja.

25
O gloriosa Domina,
excelsa super sydera,
qui te creavit provide,
lactasti sacro ubere.

Gloria tibi Domine,
qui natus es de Virgine,
cum Patre, sancto Spiritu,
in sempiterna saecula.

26

Trojedinému Pánu
buď věčná sláva;
on ať nám dá život bez hranic
v říši otcově.

19
Dobrořeč, má duše, Pánu,
a celé moje nitro jeho svatému jménu.
Amen.

20
Buď zdrav, kříži, spáso jediná,
ty slávo vykoupených,
rozmnož u zbožných spravedlnost
a viníky obdaruj milostí.

21
Otče náš, jenž jsi na nebesích,
posvěť se jméno tvé,
přijď království tvé,
staň se tvá vůle tak jako v nebi, tak i na zemi.
Chléb náš denní dej nám dnes
a odpusť nám naše manka,
jako i my odpouštíme těm, kdo jsou dlužni vůči nám,
a neuved' nás do pokušení,
ale zbav nás od zlého. Amen.

22
Kdo se chlubí, ať se chlubí v Pánu.
Neprošel totiž zkouškou ten,
kdo doporučuje sám sebe,
ale ten, koho doporučuje Bůh. Aleluja.

23
Když se modlil Kornelius,
ještě znovu nenarozený v Kristu,
zjevil se mu anděl a řekl:
Kornelie, pošli pro Šimona,
kterému se také říká Petr;
ten ti řekne,
co je třeba, abys udělal.

24
Blahoslavená Boží rodičko, Maria, věčná Panno,
chráme Páně, svatyně Ducha Svatého,
ty jediná ses bezpříkladně zalíbila
našemu Pánu Ježíši Kristu.
Modli se za lid, přimlouvej se za kněžstvo,
oroduj za oddané ženské pohlaví.
Ať pocítují tvou podporu
všichni, kdo oslavují
tvou svatou památku. Aleluja.

25
Ó slavná Paní,
vyvýšená nad hvězdy,
toho, který tě prozřetelně stvořil,
jsi kojila svým svatým ňadrem.

Sláva tobě, Pane,
který ses narodil z Panny,
s Otcem, Duchem Svatým
na věčné věky.

26

Angele Dei, qui custos es mei,
hodie me illumina,
custodi, rege et gubernata.

27 [Psalmus 150]
Laudate Dominum in sanctis ejus,
laudate eum in firmamento virtutis ejus,
laudate eum in virtutibus ejus,
laudate eum secundum multitudinem
magnitudinis ejus,
laudate eum in sono tubae,
laudate eum in psalterio et cithara,
laudate eum in tympano et choro,
laudate eum in chordis et organo,
laudate eum in cimbali benesonantibus,
in cimbali jubilationis.
Omnis spiritus laudet Dominum.

28
Cantate Domino omnis terra
et benedicite nomini ejus
et annunciate de die in diem salutare ejus.

29
Angele Dei, qui custos es mei,
me tibi commissum
pietate superna hodie illumina,
custodi, rege, defende et gubernata.

30
Michael Archangele,
paradisi praeposite,
veni, o Michael, in adiutorium populo Dei,
et defende nos ab inimici potestate.

31
Ave Ioseph, Dei Matris sponse,
virtutibus plene, Dominus tecum.
Benedictus tu in sponsis,
et benedictus fructus ventris Sponsae tuae Iesus.
Sancte Ioseph, ora pro nobis peccatoribus,
nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

32
Sancti Dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniumque salute.

33
Sancta et immaculata Virginitas,
quibus te laudibus efferam nescio.
Quia quem coeli capere non poterant
tuo gremio contulisti.
Cantemus ergo hunc hymnum,
o sponse Mariae, o sponsa Christi.

O gloriosa Domina,
excelsa super sydera,
qui te creavit provide,
lactasti sacro ubere.

Maria Mater gratiae,
Mater misericordiae,
tu nos ab hoste protege,
in hora mortis suscipe. Amen.

34

Anděle Boží, jenž jsi mým strážcem,
dnes mě osvěćuj,
střež, řiď a usměrňuj.

27 [Žalm 150]
Chvalte Pána v jeho svatyních,
chvalte ho na obloze jeho moci,
chvalte ho pro jeho mocné činy,
chvalte ho podle míry
jeho velebnosti,
chvalte ho zvukem polnice,
chvalte ho harfou a citerou,
chvalte ho zvukem bubnů a tancem,
chvalte ho strunami i písťalami,
chvalte ho zvučnými cimbály,
cimbály užívanými k plesání.
Každý duch ať chválí Pána.

28
Zpívejte Pánu, celá země,
a dobrořečte jeho jménu
a den po dni ohlašujte jeho spásu.

29
Anděle Boží, jenž jsi mým strážcem,
mě, tobě svěřeného,
milostí shůry dnes osvěćuj,
střež, řiď, ochraňuj a usměrňuj.

30
Michaeli archanděle,
představený ráje,
přiď, Michaeli, na pomoc Božímu lidu
a chraň nás před mocí nepřítelů.

31
Zdráv buď, Josefe, ženichu Matky Boží,
ty plný ctností, Pán s tebou,
Požehnaný ty mezi ženichy
a požehnaný plod života tvé nevěsty, Ježíš.
Svatý Josefe, pros za nás hříšníky
nyní i v hodině smrti naší. Amen.

32
Všichni svatí Boží se račte přimlouvati
za spásu nás i všech.

33
Svaté a neposkvrněné Panenství,
nevím, jakými bych tě vyzvedl chválami.
Neboť toho, jehož nemohla pojmout nebesa,
jsi nosila s sebou ve svém klíně.
Zpívejme tedy tento oslavný zpěv,
ženichu Mariin, nevěsto Kristova.

Ó slavná Paní,
vyvýšená nad hvězdy,
toho, který tě prozřetelně stvořil,
jsi kojila svým svatým ňadrem.

Maria, matko vděku,
Matko milosrdenství,
před nepřitelem nás ochraňuj,
v hodině smrti se nás ujmi. Amen.

34

Da pacem, Domine, in diebus nostris.
Quia non est alius, qui pugnet pro nobis.
Quia non est alius nisi tu, Deus noster.

35
O magnum Sacramentum,
in quo Christus sumitur.
Recolitur memoria passionis ejus.
Mens impletur gratia,
et futurae gloriae nobis pignus datur.

36
Michael pugnavit cum antiquo serpente.
Et fecit victoriam, Michael Archangelus.

37
ut 15

38
Factum est silentium in coelo,
dum committeret bellum Draco,
et Michael pugnavit cum eo,
et fecit victoriam.

39
Ecce sacerdos magnus,
qui in diebus suis placuit Deo,
et inventus est justus,
et in tempore iracundiae
factus est reconciliatio.

40
ut 22

41 [Litaniae Lauretanae]
Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de coelis, Deus, miserere nobis.
Fili, redemptor mundi, Deus, miserere nobis.
Spiritus Sancte, Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo virginum, Mater Christi,
Mater divinae gratiae
Mater purissima, Mater castissima,
Mater inviolata, Mater intemerata,
Mater amabilis, Mater admirabilis,
Mater Creatoris, Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima, Virgo veneranda,
Virgo praedicanda, Virgo potens,
Virgo clemens, Virgo fidelis,
Speculum justitiae, Sedes sapientiae,
Causa nostrae laetitiae, Vas spirituale,
Vas honorabile, Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turrus Davidica, Turris eburnea,
Domus aurea, Foederis arca,
Ianua coeli, Stella matutina,
Salus infirmorum, Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum, Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum, Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum, Regina Apostolorum,
Regina Martyrum, Regina Confessorum,
Regina Virginum, Regina Sanctorum omnium,
ora pro nobis.

Dej, Pane pokoj za našich dnů.
Neboť není jiný, kdo by za nás bojoval.
Neboť není jiný než ty, náš Bože.

35
Ó veliké tajemství,
v němž se přijímá Kristus.
Připomíná se památka jeho umučení.
Mysl se naplňuje vděčností
a dostáváme závdavek budoucí slávy.

36
Michael se dal do boje s dávným hadem
a dobyl vítězství, archanděl Michael.

37
jako 15

38
Nastalo mlčení na nebi,
zatímco drak sváděl boj;
a bojoval s ním Michael
a dobyl vítězství.

39
Hle, velebněz,
který se za svých dnů zalíbil Bohu
a byl shledán spravedlivým
a v čase zloby
se stal smířením.

40
jako 22

41 [Litaniae loretánské]
Pane, smiluj se. Kriste, smiluj se. Pane, smiluj se.
Kriste, uslyš nás. Kriste, vyslyš nás.
Otče nebeský, Bože, smiluj se nad námi.
Synu, Spasiteli světa, Bože, smiluj se nad námi.
Duchu Svatý, Bože, smiluj se nad námi.
Svatá Trojice, jeden Bože, smiluj se nad námi.
Svatá Maria, Svatá Boží rodičko,
Svatá Panno panen, Matko Kristova,
Matko božské milosti,
Matko nejčistší, Matko nejedudnější,
Matko neporušená, Matko neposkvřněná,
Matko láskyhodná, Matko obdivuhodná,
Matko Stvořitelova, Matko Spasitelova,
Panno nejmoudřejší, Panno úctyhodná,
Panno chvályhodná, Panno mocná,
Panno dobrotivá, Panno věrná,
Zrcadlo spravedlnosti, Trůne moudrosti,
Příčina naší radosti, Nádobo duchovní,
Nádobo úctyhodná, význačná Nádobo zbožnosti,
Růže tajemná,
Věž Davidova, Věž z kosti slonové,
Dome zlatý, Archo úmluvy,
Brána nebeská, Hvězdo jitřní,
Uzdravení nemocných, Útočiště hříšníků,
Těšitelko zarmoucených, Pomocnice křesťanů,
Královno andělů, Královno patriarchů,
Královno proroků, Královno apoštolů,
Královno mučedníků, Královno vyznavačů,
Královno panen, Královno všech svatých,
oroduj za nás.

42
Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum,
benedicta tu in mulieribus, o Maria,
et benedictus fructus ventris tui Iesus Christus.
Sancta Maria, ora pro nobis nunc
et in hora mortis nostrae. Amen.

43
Beatus vir,
qui timet Dominum.
Beatus vir,
qui ambulat in viis eius.
Beatus vir,
qui in tempore tribulationis inventus est iustus.

44
Sanctissime Confessor,
Monarchorum Pater et Dux,
Benedicte,
intercede ad Dominum Deum nostrum
pro nostra omniumque salute.

45
Domine, secundum actum meum noli me judicare,
nihil dignum in conspectu tuo egi.
Ideo deprecor Majestatem tuam
ut tu, Deus, deleas iniquitatem meam. Amen.

46
Regina coeli, laetare, alleluja.
Quia quem meruisti portare,
resurrexit sicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.

47
Omnes puellulo novello canite Deo.
Pulcherrimo infantulo, Iesulo dulcissimo
laetum dicite hymnum una voce.

Ave mundi salutare,
salve Iesu dulcis, chare,
cordi tuo me aptare
vellem vere;
tu scis, pie Iesu, quare.

Ac si praesens sis ac cedo imo,
te praesentem, dulcis Iesu, credo.
O quam nudum hic te cerno;
ecce tibi, bone Iesu, me prosterno.

48
Omnes sitientes, venite ad aquas,
venite, properate, dicit Dominus,
venite et emite sine argento et commutatione ulla.
Et qui non habetis pretium, bibite cum laetitia,
bibite sitientes omnes, venite et bibite.

49 [Psalmus 135]
Confitemini Domino, quoniam bonus,
quoniam in aeternum misericordia ejus.
Qui facit mirabilia magna solus.
Qui fecit coelos in intellectu.
Qui firmavit terram super aquas.
Qui fecit luminaria magna,
solem in potestate diei,
lunam et stellas in potestate noctis.

42
Zdrávas Maria, milosti plná, Pán s tebou,
požehnaná ty mezi ženami, ó Maria,
a požehnaný plod života tvého Ježíš Kristus.
Svatá Maria, pros za nás nyní
i v hodinu smrti naší. Amen.

43
Blaze muži,
jenž se bojí Hospodina,
Blaze muži,
jenž kráčí po jeho cestách.
Blaze muži,
jenž v čase soužení byl shledán spravedlivým.

44
Přesvatý Vyznavači,
otče a vůdce mnichů,
Benedikte,
přimluv se u Pána Boha našeho
za spasení nás i všech.

45
Pane, nesud' mě podle mého skutku,
neučinil jsem nic důstojného před tebou.
Proto prosím tvou velebnost,
abys ty, Bože, zničil mou nepravost. Amen.

46
Královno nebe, raduj se, aleluja.
Neboť ten, jehož jsi zasloužila nosit,
vstal z mrtvých, jak řekl, aleluja.
Pros za nás Boha, aleluja.

47
Všichni zpívejte právě narozenému chlapečkovi, Bohu,
překrásnému děťátku, Ježíškovi sladkému
jedním hlasem předneste radostný oslavný zpěv.

Buď zdráva, spáso světa,
buď zdráv, Ježíši sladký, drahý,
abys mě připjal na své srdce,
to bych doopravdy chtěl;
ty víš, dobrý Ježíši, proč.

Jsi-li se mnou a já jdu do podsvětí,
věřím, že jsi přítomen, sladký Ježíši.
Jak nahého tě tu vidím;
hle, tobě se vrhám, dobrý Ježíši, k nohám.

48
Všichni, kdo žízníte, pojd'te k vodám,
pojd'te, prospěšte, praví Pán,
pojd'te a kupujte bez stříbra a bez všeho směňování.
I vy, kdo nemáte na zaplacení, pijte s radostí,
pijte všichni, kdo žízníte, pojd'te a pijte.

49 [Žalm 136]
Oslavujte Hospodina, neboť je dobrý,
neboť jeho milosrdenství je navěky.
On činí sám veliké divy.
On stvořil ve svém rozumu nebesa.
On dal zemi pevné místo na vodách.
On stvořil veliká světla,
slunce, aby vládlo dni,
měsíc a hvězdy, aby vládly noci.

Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum.
Qui eduxit Israel de medio eorum
in manu potenti et brachio excelso.
Qui divisit mare rubrum in divisiones
et eduxit Israel per medium ejus.
Qui traduxit populum suum per desertum.
Qui percussit Reges magnos,
et occidit Reges fortes:
Seon regem Amorrhaeorum et Og regem Basan.
Quia in humilitate nostra memor fuit nostri
et nos redemit ab inimicis nostris.
Confitemini Domino. Amen.

50
ut 7

51
Invocavi Dominum, Patrem Domini mei,
ut non derelinquat me in die tribulationis meae
et in tempore superborum sine adjutorio.

52 [Psalmus 145, 1–2]
Lauda anima Dominum.
Laudabo Dominum in vita mea,
psallam Deo meo, quamdiu fuero.

53
ut 7

54
ut 18

55
ut 5

56
Christ ist erstanden
von der Marter alle:
deß sollen wir alle froh seyn,
Christ der will unser Trost seyn. Alleluja.

Wer er nit erstanden,
so wer die Welt vergangen:
seit daß er erstanden ist,
so loben wir den Jesum Christ. Alleluja.

O du Heiligs Creuze,
nun hilff uns Christenleuthe:
damit wir werden bekehrt
und der Christlich Glaub gemehrt. Alleluja.

57 [Litaniae Lauretanae]
ut 41; additur
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agnus Dei ..., dona nobis pacem.
Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

58
Euge, serve bone et fidelis,
quia in pauca fuisti fidelis,
supra multa te constituam.

59
Justus germinabit sicut liliū,
et florebit ante Dominum in aeternum.

On zdrtil Egypt na jeho prvorozených.
On vyvedl Izrael z jejich středu
pevnou rukou a vztaženou paží.
On rozdělil Rudé moře vedví
a vyvedl Izrael jeho středem.
On provedl svůj lid pouští.
On zdrtil krále velké
a zabil krále mocné:
Síchona, krále Emorejců, a Óga, krále bášanského.
neboť na nás pamatoval v našem ponížení
a vysvobodil nás od našich nepřátel.
Oslavujte Hospodina. Amen.

50
jako 7

51
Vzývám Pána, Otce Pána mého,
aby mě nenechával bez pomoci v den mého soužení
a v čase těch, kteří se vyvyšují.

52 [Žalm 146, 1–2]
Chval, duše má, Hospodina.
Hospodina budu chválit po celý život,
budu zpívat svému Bohu žalmy, dokud budu živ.

53
jako 7

54
jako 18

55
jako 5

56
Kristus vstal z mrtvých
po všem mučení.
Z toho se máme všichni radovat,
Kristus bude naší útěchou. Aleluja.

Kdyby byl nevstal z mrtvých,
byl by svět zašel:
od té doby, co vstal z mrtvých,
chvalme Ježíše Krista. Aleluja.

Ó kříži nejsvětější,
pomáhej teď nám křesťanům:
abychom se obrátili
a aby se rozmnožila křesťanská víra. Aleluja.

57 [Litaniae lauretanské]
jako 41; navíc
Beránku Boží, který snímáš hříchy světa, smiluj se nad
námi. Beránku Boží ..., daruj nám pokoj.
Kriste, uslyš nás. Kriste, vyslyš nás.
Pane, smiluj se. Kriste, smiluj se. Pane, smiluj se.

58
Nuže, služebníku dobrý a věrný,
že jsi byl věrný, když šlo o málo,
ustanovím tě nad mnohým.

59
Spravedlivý poroste jako lilie
a bude kvést před Hospodinem navěky.

60
ut 21

61
Cum sancto sanctus eris,
et cum electo electus eris.
Et cum innocente innocens eris.

62
Multi collaudabunt Sapientiam.
Non delebitur Nicolai sapientia.
Sancti collaudabunt Nicolai sapientiam.
Et usque in saeculum collaudabitur Nicolai sapientia.

63 [Psalmus 112]
Laudate, pueri, Dominum.
Laudate nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus
et super coelos gloria ejus.
Osanna in excelsis Filio David.
Quis sicut Dominus Deus noster,
qui in altis habitat
et humilia respicit in coelo et in terra.
Osanna in excelsis Filio David. Amen.

64
Hodie Christus natus est,
hodie laetantur Archangeli,
hodie Salvator noster apparuit,
hodie exultant iusti, dicentes:
Gloria in excelsis Deo.

Ein Kind geborn zu Betlehem,
deß frewet sich Jerusalem.
O Christ, wach auff, steh auff
und lauff, zum Kindlein, zum Kripplein,
zum Jesulein lauff.
Alleluja.

65
Amavit Leopoldum Dominus,
et ornavit Leopoldum,
stola gloriae induit Leopoldum Dominus,
et ad portas paradysi coronavit Leopoldum Dominus.

66 [Litaniae Lauretanae]
ut 41; additur
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agnus Dei ..., dona nobis pacem.

[Vesperae integrae]
67 [Psalmus 109]
Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis,
donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion, dominare
in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuae,
in splendoribus sanctorum
ex utero ante luciferum genui te.
Juravit Dominus et non poenitebit eum:
tu es Sacerdos in aeternum
secundum ordinem Melchisedech.
Dominus a dextris tuis,
confregit in die irae suae reges.
Judicabit in nationibus, implebit ruinas,

60
jako 21

61
Ve společnosti svatého budeš svatý,
ve společnosti vyvoleného budeš vyvolený
a ve společnosti poctivého budeš poctivý.

62
Mnozí chválí Moudrost.
Moudrost Mikulášova nebude vyhlazena.
Svatí chválí Mikulášovu moudrost
a Mikulášova moudrost se bude chválit až na věky.

63 [Žalm 113]
Chvalte, služebníci, Hospodina.
Chvalte Hospodinovo jméno.
Povznesený je Hospodin nad všechny národy
a nad nebesa jeho sláva.
Hosana na výsostech Synu Davidovu.
Kdo je jako Hospodin, náš Bůh,
jenž přebývá na výsostech
a shlíží shůry na nebe i na zem?
Hosana na výsostech Synu Davidovu. Amen.

64
Dnes se narodil Kristus,
dnes se radují archandělé,
dnes se ukázal náš Spasitel,
dnes plesají spravedliví a říkají:
Sláva na výsostech Bohu.

Dítě se narodilo v Betlémě;
z něho se raduje Jeruzalém.
Křesťane, probud' se, vstaň
a běž k dětátku, k jesličkám,
k Ježíškovi běž.
Aleluja.

65
Hospodin si oblíbil Leopolda
a ozdobil Leopolda,
štólou slávy oděl Hospodin Leopolda
a u bran ráje korunoval Hospodin Leopolda.

66 [Litanie loretánské]
jako 41; navíc
Beránku Boží, který snímáš hříchy světa, smiluj se nad
námi. Beránku Boží ..., daruj nám pokoj.

[kompletní nešpory]
67 [Žalm 110]
Hospodin řekl mému Pánu: Sed' po mé pravici, dokud
nepoložím tvé nepřátele za podnožku tvých nohou.
Žezlo tvé moci vyšle Hospodin ze Sionu:
panuj uprostřed svých nepřátel.
Knížectví je s tebou po dny tvé síly,
v záři svatých,
zplodil jsem tě z lůna před jitřenkou.
Hospodin přísahal a nebude toho litovat:
ty jsi velekněz navěky
podle řádu Melchizedechova.
Hospodin je po tvé pravici,
v den svého hněvu zlomil krále.
Bude soudit mezi národy, naplní zříceniny,

conquassabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet,
propterea exaltabit caput.
Gloria Patri ... Sicut erat ... Amen.

68 [Psalmus 110]
Confitebor tibi Domine in toto corde meo.
in consilio justorum et congregatione.
Magna opera Domini,
exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio et magnificentia opus ejus
et justitia ejus manet in saeculum saeculi.
Memoriam fecit mirabilium suorum,
misericors et miserator Dominus.
Escam dedit timentibus se,
memor erit in saeculum testamenti sui.
Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo,
ut det illis haereditatem gentium.
Opera manuum ejus veritas et iudicium.
Fidelia omnia mandata ejus,
confirmata in saeculum saeculi,
facta in veritate et aequitate.
Redemptionem misit populo suo,
mandavit in aeternum testamentum suum.
Sanctum et terribile nomen ejus.
Initium sapientiae timor Domini,
intellectus bonus omnibus facientibus eum;
laudatio ejus manet in saeculum saeculi.
Gloria Patri ... Sicut erat ... Amen.

69 [Psalmus 111]
Beatus vir qui timet Dominum,
in mandatis ejus volet nimis.
Potens in terra erit semen ejus;
generatio rectorum benedicetur.
Gloria et divitiarum in domo ejus
et justitia ejus manet in saeculum saeculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis:
misericors, et miserator, et justus.
Jucundus homo qui miseretur et commodat,
disponet sermones suos in iudicio:
quia in aeternum non commovebitur.
In memoria aeterna erit justus,
ab auditione mala non timebit.
Paratum cor ejus sperare in Domino,
confirmatum est cor ejus;
non commovebitur donec despiciat inimicos suos.
Dispersit, dedit pauperibus;
justitia ejus manet in saeculum saeculi:
cornu ejus exaltabitur in gloria.
Peccator videbit et irascetur,
dentibus suis fremet et tabescet.
Desiderium peccatorum peribit.
Gloria Patri ... Sicut erat ... Amen.

70 [Psalmus 112]
Laudate, pueri, Dominum;
laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum
ex hoc nunc et usque in saeculum.
A solis ortu usque ad occasum
laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus,
et super caelos gloria ejus.
Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,
et humilia respicit in caelo et in terra?

rozbije o zem hlavy mnohých.
Napije se z potoka na cestě;
proto pozvedne hlavu.
Sláva Otci ... Jako byla ... Amen.

68 [Žalm 111]
Budu tě oslavovat, Hospodine, celým svým srdcem,
ve sboru spravedlivých a ve shromáždění.
Veliká jsou Hospodinova díla,
vyvolená podle všech projevů jeho vůle.
Velebnost a vznešenost je jeho dílo
a jeho spravedlnost zůstává navěky.
Ustanovil památku na své divy,
Hospodin je milosrdný a dobrotivý.
Dal pokrm těm, kteří se ho bojí,
navěky bude pamatovat na svou smlouvu.
Moc svých činů oznámí svému lidu,
aby jim dal dědictví pohanů.
Činy jeho rukou jsou pravda a soud.
Věrná jsou všechna jeho přikázání,
potvrzená na věky věků,
provedená v právu a spravedlnosti.
Vykoupení seslal svému lidu,
navěky mu svěřil svou smlouvu.
Svaté a hrozné je jeho jméno.
Počátkem moudrosti je bázeň z Hospodina,
dobrý rozum pro všechny, kdo ji naplňují;
jeho chvála zůstává na věky věků.
Sláva Otci ... Jako byla ... Amen.

69 [Žalm 112]
Blaze muži, který se bojí Hospodina,
silně bude chtít plnit jeho přikázání.
Mocné bude na zemi jeho potomstvo;
pokolení řádných bude požehnáno.
Sláva a bohatství budou v jeho domě
a jeho spravedlivost zůstává na věky věků.
Zazářilo ve tmách světlo pro řádné lidi,
on je milosrdný, slitovný a spravedlivý.
Veselo je člověku, který se slitovává a půjčuje,
uvážlivě mluví na soudě:
neboť navěky nezakolísá.
Ve věčné paměti bude spravedlivý,
nebude mít strach ze špatné zprávy.
Jeho srdce je připravené doufat v Hospodina,
posílené je jeho srdce;
nezakolísá, dokud nepohlédne svrchu na své nepřátele.
Své jmění rozptýlil, dal je chudým,
jeho spravedlnost trvá na věky věků:
jeho roh se slavně vyvýší.
Hříšník to uvidí a rozzlobí se,
bude skřípat zuby a chřadnout.
Touha bezbožníků zajde.
Sláva Otci ... Jako byla ... Amen.

70 [Žalm 113]
Chvalte, služebníci, Hospodina,
chvalte jméno Hospodinovo.
Buď velebeno jméno Hospodinovo
od nynějška až na věky.
Od východu slunce až k západu
zaslouží chválu jméno Hospodinovo.
Hospodin je povznesen nade všechny národy
a nad nebesa jeho sláva.
Kdo je jako Hospodin, náš Bůh, jenž přebývá
na výsostech a shlíží shůry na nebe i na zem?

Suscitans a terra inopem,
et de stercore erigens pauperem,
ut collocet eum cum principibus,
cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo,
matrem filiorum lætantem.
Gloria Patri ... Sicut erat ... Amen.

71 [Psalmus 116]
Laudate Dominum omnes gentes,
laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus,
et veritas Domini manet in æternum.
Gloria Patri ... Sicut erat ... Amen.

72
Hymnum dicamus Domino,
laudes Deo cum cantico,
qui nos crucis patibulo
suo redemit sanguine.

Gloria tibi, Domine,
gloria Unigenito
una cum Sancto Spiritu
in sempiterna saecula.

73
Magnificat anima mea Dominum.
Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillae suae:
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens est:
et sanctum nomen ejus.
Et misericordia ejus a progenies in progenies
timentibus eum.
Fecit potentiam in bacchio suo:
dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede,
et exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis
et divites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum,
recordatus misericordiae suae.
Sicut locutus est ad patres nostros,
Abraham et semini ejus in saecula.
Gloria Patri ... Sicut erat ... Amen.

74
ut 7

75
Dignare me laudare te, Virgo sacrata.
Da mihi virtutem contra hostes tuos.

76
Regem sempiternum venite adoremus,
qui stola gloriae decoravit sanctum N.

Iste est sanctus, qui in diebus suis placuit Deo,
et inventus est justus,
et in tempore iracundiae factus est reconciliatio.

Iste est, cui Dominus cor dedit ad praecepta,
et legem vitae et disciplinae.

On pozvedá ze země slabého
a ze smetiště napřimuje chudého,
aby mu dal místo spolu s knížaty,
s knížaty svého lidu.
On nechává v domě bydlet ženu neplodnou
jako radostnou matku synů.
Sláva Otci ... Jako byla ... Amen.

71 [Žalm 117]
Chvalte Hospodina, všichni lidé,
chvalte ho, všechny národy,
neboť se nad námi upevnilo jeho milosrdenství
a Hospodinova věrnost trvá navěky.
Sláva Otci ... Jako byla ... Amen.

72
Přednesme oslavný zpěv Hospodinu,
chvály Bohu s písní;
on nás na mučidle kříže
vykoupil svou krví.

Sláva tobě, Hospodine,
sláva Jednoroznému
spolu s Duchem Svatým
na věčné věky.

73
Velebí má duše Hospodina
a můj duch jása v Bohu, mém spasiteli,
neboť shlédl na nepatrnost své služebnice:
neboť hle, od této chvíle mě budou blahoslavít všechny
generace,
že mi učinil veliké věci ten, který je mocný
a jeho jméno je svaté
a od pokolení do pokolení trvá jeho milosrdenství
k těm, kdo se ho bojí.
Mocně zasáhl svým ramenem,
rozptýlil ty, kdo v srdci smýšlejí pyšně.
Mocně sesadil z trůnu
a ponížené vyvýšil.
Hladovějící zahrnul statky
a bohaté propustil s prázdnou.
Ujal se Izraele, svého služebníka,
pamatoval na své milosrdenství,
jak řekl našim předkům,
Abrahamovi a jeho potomstvu navěky.
Sláva Otci ... Jako byla ... Amen.

74
jako 7

75
Uznej mě za hodného chválit tě, svatá Panno.
Dej mi sílu proti tvým nepřátelům.

76
Pojďte, klanějme se Věčnému Králi,
který ozdobil štólou slávy svatého N.

To je ten svatý, který se za svých snů zalíbil Bohu
a byl shledán spravedlivým
a v čase zloby se stal smířením.

To je on, jemuž dal Hospodin srdce pro přikázání
a zákon života a kázně.

Sancte N., ora pro nobis,
ut tua sequamur vestigia,
et ad aeterna perducamur gaudia.

77
Hic est vere Martyr,
qui pro Christi nomine
sanguinem suum fudit.

Iste est qui pro lege Dei sui
certavit usque ad mortem
et a verbis impiorum non timuit,
nec terrena dignitatis gloriam quaesivit,
sed ad coelestia regna pervenit.

Te, piissime Domine,
precamur omnes supplices,
ut hujus almi gratia
nobis remittas debita.

78
Ecce quam bonum
et quam jucundum habitare Fratres in unum.

Ubi charitas et dilectio,
ibi Sanctorum congregatio,
ibi nec ira est, nec indignatio,
sed firma charitas in perpetuum.

Ubi Fratres in unum glorificant Deum,
ibi dabit Dominus benedictionem
et vitam usque in saeculum.

Congregavit nos in unum Christi amor.
Ad glorificandum seipsum
timeamus et amemus Christum Deum.
Ubi charitas, ibi Deus.

79
ut 4

80
ut 46

81
Regina coeli laetare. Alleluja.
Quia quem meruisti portare,
resurrexit sicut dixit, alleluia.
Laetare, laetare, o Maria, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.

Sancta Maria, coeli Regina,
Domina nostra, advocata nostra,
ora pro nobis ad Dominum
in hoc paschali gaudio. Alleluia.

82
Laudemus virum gloriosum concinnentes,
congaudentes, gratulantes, exultantes, jubilantes,
et laetantes in generatione sua.

Sanctum laudemus Bernardum,
parentem nostrum in generatione sua.

Hic homo est magnus virtute
et admirabili prudentia Dei praeditus,

Svatý N., pros za nás,
ať následujeme tvoje stopy
a ať jsme dovedeni do věčných radostí.

77
To je opravdu mučedník,
který pro Kristovo jméno
prohřil svou krev.

To je on, který pro zákon svého Boha
bojoval až k smrti
a nezalekl se slov bezbožníků
ani nehledal důstojenství pozemské slávy,
ale dospěl do království nebeského.

Tebe, Pane dobrotivý,
prosíme všichni s pokorou,
abys milostí tohoto dárce života
odpustil naše hříchy.

78
Hle, jak je dobré
a jak radostné, když bratři přebývají společně.

Kde je láska a zalíbení,
tam je shromáždění svatých,
tam není hněv ani pohoršení,
ale pevná láska natrvalo.

Kde bratří společně oslavují Boha,
tam dá Hospodin požehnání
a život až na věky.

Shromáždila nás dohromady láska Kristova.
Abychom ho oslavili,
bojme se Krista Boha a milujme ho.
Kde je láska, tam je Bůh.

79
jako 4

80
jako 46

81
Královno nebe, raduj se, aleluja.
Neboť ten, jehož jsi zasloužila nosit,
vstal z mrtvých, jak řekl, aleluja.
Raduj se, raduj se, Maria, aleluja.
Pros za nás Boha, aleluja.

Svatá Maria, nebe Královno,
Paní naše, orodovnice naše,
pros za nás u Pána
v této velikonoční radosti. Aleluja.

82
Chvalme a opěvujme muže slavného,
radujme se, děkujme, plesejme, jásejme
a veselme se při jeho narození.

Chvalme svatého Bernarda,
našeho otce, při jeho narození.

To je člověk veliký svou ctností
a nadaný obdivuhodnou moudrostí Boží,

cujus nomen floret in terris, et anima fulget in coelis.

Sancte Bernarde, ora pro nobis peccatoribus,
ut mereamur tecum gaudere in aeternum.

83
Iam non estis hospites et advenae,
sed estis cives sanctorum,
et domestici Dei,
superaedificati super fundamentum Apostolorum
et Prophetarum,
ipso summo angulari lapide Christo Iesu.

84
Laudate Dominum, laudate in excelsis,
laudate Dominum omnes Angeli,
laudate Dominum omnes virtutes.
Laudate Dominum in virtutibus ejus
secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate Dominum de terra,
Dracones, et omnes Abissi.
Laudate Dominum ignis grando,
nix glacies, spiritus procellarum,
quae faciunt verbum ejus.
Omnis spiritus laudet Dominum.

85
ut 71

86 [Litaniae Lauretanae]
ut 57

87 [Psalmus 19]
Exaudiat te Dominus in die tribulationis,
protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de Sancto
et de Sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificii tui
et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum
et omne consilium tuum confirmet.
Laetabimur in salutari tuo
et in nomine Dei nostri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones tuas.
Nunc cognovi quoniam Dominus
salvum fecit christum suum.
Exaudiet illum de Coelo sancto suo
in potentatibus salus dexterarum ejus.
Hi in curribus et hi in equis,
nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.
Ipsi obligati sunt, et ceciderunt,
nos autem surreximus et erecti sumus.
Domine, salvum fac Regem
et exaudi nos in die qua invocaverimus te. Amen.

88 [Votum auctoris, et complementum operis]
Te, domine Corneli,
cum prole tua, benedicat Virgo Maria.

jehož jméno kvete na zemi a duše září na nebesích.

Svatý Bernarde, pros za nás hříšné,
abychom si zasloužili redovat se s tebou navěky.

83
Už nejste cizinci a přistěhovalci,
ale máte občanství svatých
a patříte k domu Božímu,
jste vystavěni na základech apoštolů
a proroků
a nejvyšším kamenem nárožním je sám Kristus Ježíš.

84
Chvalte Hospodina, chvalte na výsostech,
chvalte Hospodina všichni andělé,
chvalte Hospodina všechny mocnosti.
Chvalte Hospodina pro jeho moc
podle množství jeho velikosti.
Chvalte Hospodina ze země,
draci a všechny propasti.
Ať chválí Hospodina oheň, krupobití,
sníh, led, bouřný vítr:
ti naplňují jeho slovo.
Chval každý duch Hospodina.

85
jako 71

86 [Litanie loretánské]
jako 57

87 [Žalm 20]
Ať tě Hospodin vyslyší v den soužení,
ať tě ochrání jméno Jakubova Boha.
Ať ti pošle pomoc ze svatyně
a ať tě střeží ze Sionu.
Ať se rozpomene na všechny tvé oběti
a tvůj celopal ať se stane tučným.
Ať ti udělí, co žádá tvé srdce,
a ať stvrdí každý tvůj záměr.
Budeme se radovat z tvé spásy
a ve jménu našeho Boha budeme velebeni.
Ať splní Hospodin všechna tvá přání.
Nyní vím, že Hospodin
spasil svého pomazaného.
Vyslyší ho ze svého svatého nebe
v mocných silách je spása jeho pravice.
Jedni spoléhají na koně, jiní na vozy,
my však budeme vzývat jméno našeho Pána Boha.
Oni byli svázáni a padli,
my však jsme vstali a stojíme zpříma.
Hospodine, spas krále
a vyslyš nás v den, kdy tě budeme vzývat. Amen.

88 [Prosba autorova a doplněk díla]
Tebe, pane Kornelie,
ať se svým dítkem žehná Panna Maria.